

ex legibus Tauri quintum excedere non potest, & sic intelligo dicta per concivem nostrum ubi supra, nisi daremus fraudem in marito promittente in prædictam filiorum primi matrimonii, nam tunc nihil ultra quintum valeret, & hæc de causa arrha & jocalia non deducuntur de quinto bonorum, ut per Ayoram, de partit. 2. part. quæst. 44. per totum & alibi diximus. Et not. pro complemento hujus glos. quod habet locum etiam si maritus tempore promissionis arrhae sit extra Regnum nostrum, ut optime per Pelaez de major. part. 1. quæst. 58. num. 31. cum sequentibus ante, & post. & ibi idem inquit quoad bona extra Regnum existentia.

Ibi, *Renunciatur*. Superflua videntur verba hæc nostri tex. imò & ejus principalis dispositio, nam si per illum l. 1. tit. De las arras, lib. 3. for. cautum & prohibuitur erat ne ultra decimam bonorum partem arrhae constituerentur, quare hic necesse erat repetere & disponere quod illi legi fore renunciari non posset, præsertim cum lex illa fori ipsam contractum contrarium annullaverit, habemus enim de jure quod jure prohibitive renunciari non potest, & text. & ibi glos. in l. 1. c. ne fideiuss. dot. dicitur quem ad hoc notant Bart. & Horosc. in l. de iis nam. 3. ff. de transact. & relati per concivem nostrum Gutier. in repetitio. l. nemo potest, num. 307. de leg. 1. ubi hanc communem tenetur & Castillo hic, n. 13. qui sentit istam difficultatem, quæ quidem augetur, nam cum lex illa fori sit prohibitiva habet clausulam derogatoriam & actus contrarii, & nullitatem ejus inducit secundum glos. Ley. l. 28. tit. 11. part. 5. & Abb. in c. ad apostolicam, num. 15. de regulari. ubi optime loquitur, & sic quantumvis fieret statutum in contrarium, nihil valeret, neque à pœna exulare secundum Aven. c. 2. præ. non. 14. lib. 1. per text. in l. 3. §. Divus Arian. ff. de sepulch. violat. Cum ergo contractus factus contra illam legem fori esset nullus, per prohibitionemque legis, illi contractui derogaretur, quantumvis legi illi esset renunciatum nihil operaretur, nam cum principalis contractus non subsistit, neque ea quæ ex eo sequuntur ex l. cum principalis ff. de reg. jur. & ex l. fin. ff. de const. pecun. qua de causa Castillo hic, ut legislatorum à superfluitate liberaret plures responsores proposuit, & omisit alii, secunda est verior scilicet, quod illa lex fori ut valeret, ejus usus erat probandus, & cum per tex. hic jam approbata sit, non est necesse ejus usum probare cum in corpore juris communis regum posita sit, erique hic unus casus ubi renuntiant non potest legi alios inserit & etiam Castillo hic & refert eum novissime Matienço hic glos. 3. num. 1.

Ibi, *En perdimiento*. Hunc & alios casus, ubi jure nostro Regio privationis pœna, & præsertim officii incurritur posui in l. 23. tit. 25. lib. 4. sup.

## IN LEGEM TERTIAM.

Tauri. 51.

Filiis non existentibus matrimonii in quo arrhae intervenierunt, alii mulieris heredes lucratur eas & non maritus, sive mulier hæc testata, sive

intestata decedat, nisi aliud de arrhis dispositum sit.

## SUMMARIUM.

- 1 Idem an sit non habuisse filios, vel habuisse sed mortui sint ut de arrhis possit uxor tunc disponere, & num. 3.
- 2 Arrhas tenetur mulier filiis illius matrimonii reservare, etiam si nuptias secundas non contrahat.
- 3 Licentia mariti requiritur quoties per contractum in casu à jure non prohibito uxor de arrhis disponit. Uxor potest vivo marito de arrhis disponere quoad proprietatem, nam maritus dum vivit usufructu earum utitur & potitur. dicto nem. 3. mortuo tamen marito consolidatur usufructus in proprietate, ibidem.
- 4 Arrhas magnas se vir promittit uxori ob hoc, quod ipsa magnam dotem promittit, si dos non sit certa, non tenebitur solvere arrhas.

Ibi, *Sino oviere hijo*. Ergo si filium habuerit matrimonii illius, in quo arrhae intervenierunt, neque de eis potest ipsa mulier etiam cum mariti consensu, neque maritus cum consensu uxoris disponere, imò neque de eis meliorem unum ex filiis, ut diximus in l. 3. glos. En todos supra, titulo precedente, imò & secundum quod ibi dixi teneretur eas reservare filiis primi matrimonii, si secundo nubat. Quod tamen si mulier hæc filios habuit ex matrimonio illo, tamen omnes mortui sunt, nam erit idem ac si filios non habuisset, ut disponere de arrhis & possit, & dic quod sic, secundum Suarez in d. tit. De las arras, §. fin. in prin. fol. 43. in antiquis. Ex iis etiam infero verbis novissime, quod si uxor ex matrimonio in quo arrhae intervenierunt filios habet, non possit quamvis ad secundas non transeat nuptias, & de dictis arrhis disponere, sed omnino filiis primi matrimonii eas reservare teneatur, quod deduco ex limitata facultate uxori concessa disponendi de arrhis, si filios non habuerit, ergo eis habitis non possit. Limitata enim causa limitatum producit effectum, præsertim cum ex hoc reducatur ad jus commune, quo mediante equalitas inter filios desideratur, & equaliter inter eos venit arrha dividenda, secundum Suarez, Pal. Rub. & Ant. Gom. relatos per Tell. in l. 9. Tauri. num. 12. licet ipse ibi contra teneat, quem sequitur Matienço hic in glos. 1. fati levi fundamento, scilicet, quod lex illa fori non est in usu recepta, cum contrarium ex tex. nostro appareat, eam approbante, & sic ejus usum probare non est necessarium, ut dixi in l. 3. glos. 1. tit. 1. lib. 2. supra, & in lege precedente, sic etiam non obstat aliud fundamentum illius Telli, dum dicit quod per legem sequentem, relinquit in electione uxoris eligere arrhas, vel vestes & jocalia, quia hoc non impedit quin si arrhas elegerit, non debeat regulari arrha secundum legis nostræ dispositionem, regulabuntur enim, & sic cessant motiva ipsius Telli, quod tamen magis urgebat pro ipsius opinionione erat, quod licet arrha hæc deferantur mulieri ex legis dispositione, non tamen deferuntur titulo

## IN LEGEM QUARTAM.

Tauri 52.

Sponsa de presenti, vel de futuro qualiter & quomodo lucratur arrhas, & ipsa vel ejus heredes dissoluto matrimonio eas petere possint declaratur & disponit lex nostra.

## SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra est ampliativa aliarum legum in sponsa de futuro tantum loquentium.
- 2 Ad lucrandum arrhas vel jocalia non sufficit traditio ad domum, nisi interveniat osculum pro medietate lucranda, vel copule consummatoria pro omnibus lucrandis, neque requiritur traditio ad domum, sed osculum, vel confirmatio copule n. 3.
- 4 Animus donandi jocalia non requiritur in sponsa, sed sufficit de contrario animo non apparere.
- 5 Sponsa an sit ornanda sumptibus viri. Corrigitur per legem nostram jus, & communis opinio disponens non valere donationem factam sponsa de presenti. ibid.
- 6 Differentias inter sponsalia de futuro & de presenti, & convenientias & 7.
- 7 Sponsa de presenti sequitur domicilium sponsi, de futuro vero non.
- 8 Sponsa osculata lucratur medietatem jocalium etiam si religionem ingrediatur. & 9. ubi idem si nullum sit propter juris impedimentum tale matrimonium, nisi ut ibi.
- 10 Sponsa perdit jocalia propter adulterium ubi alia referuntur que perdit ob adulterium.
- 11 Sponsa perdit jocalia si ex culpa sua matrimonium non sequatur.
- 12 Donatarii culpa, si non sequitur effectus donationis, non consequitur eam, imò est inefficax.
- 13 Sponsa de futuro osculata, si secunda contraxerit sponsalia de presenti, au amittet medietatem jocalium per osculum acquisitam.
- 14 Sponsa per osculum lucratur medietatem jocalium, cum tamen sit deosculata post sponsalia contraxerit. ubi n. 14. idem esse si oscula precedant donationem, don tamen tunc sint contraxerit sponsalia. Copula habita inter sponsos si donatio jocalium fiat teneri potest, sponsam talem non lucrari jocalia in d. numero 14. ad finem.
- 15 Sponsa lucratur jocalia, etiam si nullam traxerit dotem.
- 16 Vir sicut mulier an lucratur ab sponsa datum, si carnali copula consummaverit matrimonium, ubi examinatur.
- 17 Sponsa non solum donatum ab sponso lucratur, secundum dispositionem nostri tex. verum & donati à consanguineis sponsi.
- 18 Sponsa erit secuta in conscientia familia jocalia lucrando, si eundem dispositionem nostri tex.
- 19 Sponsus si alienam annulum sponsæ misit, & matrimonio jam consummato alium loco ejus dederit, valebit datio.
- 20 Contractum inter sponsos circa lucra horum jocalium servabitur.
- 21 Animus donandi jocalia ex l. nostra presumitur interveniente osculo vel copula.
- 22 Sponsa hæc post mortem sponsi inhonestè vivens perdet jocalia hæc.

23 Copula

titulo lucrativo, sed potius oneroso, quia in præmium virginitalis, nobilitatis, & similis cause arrhae præstantur, ut dictum est in hoc titulo, & cum dicto titulo deferantur non tenentur reservare filiis, cum ad id tantummodo teneatur, quoties titulo lucrativo deferuntur, ei, secundum communem relatum per Covar. rub. in 4. parte. 2. c. 3. §. 9. num. 7. sed fundamentum hoc cessat, dicendo quod promissa sunt remunerationis causa arrhae promissa, adhuc tamen tunc sunt ex causa donationis data secundum Castillo l. 50. Tauri. num. 9. in prima & secunda concordantia, igitur titulo lucrativo, & per consequens filiis reservanda sunt, ex dicta communi, & sic vera videtur, contra Tell. opinio dicta Suarez, Anton. Gom. & Pal. Rub. nihilominus tamen tu latius cogitabis, nam mili contra Tellum tenendum videtur.

Ibi, *Las aya heredero, o herederos de ella*. Etiam si extranei heredes sint hoc enim denotant in presenti verba hæc, ut sic omnem heredem etiam extraneum comprehendant.

Ibi, *T no dispone*. Hic est tex. expressè probans per argumentum à contrario sensu, quod filiis matrimonii in quo arrhae sunt promissa non existitibus, potest libera & uxor de totis arrhis disponere, quod & Clarius probatur ex l. fori in lege nostra approbata, idque intelligo si maritus nubat, sive non, sive fiat dispositio hæc per testamentum, sive per contractum inter vivos, ut probatur ex generalitate nostri tex. & ex lege fori dicta, ubi Suarez in §. penultimo, ita tenet Dum tamen ad sit licentia mariti quoties per contractum uxor disponit de arrhis, nam absque ea contrahere non potest, secundum leges tituli sequentis, & si recuset absque causa dare licentiam iudex præbebit. Item intelligo quod in vita mariti potest uxor liberis non existentibus de arrhis disponere, ita quod quantum ad proprietatem statim acquiruntur arrhae illi in cujus favorem de arrhis disponitur, nam quoad usufructum qui est ipsius mariti dum vivit, non statim acquiruntur, sed demum mortuo marito, cui in usu usufructu non est censendum legem nostram velle præjudicium fieri, item argumento dictorum per Suarez, in dict. tit. De las arras, §. fin. siq. lex nostra & illa fori intelligende sunt, mortuo tamen marito tunc usufructus cum proprietate consolidatur. Notandum tamen est quod si mulieri promittenti viro suo magnam dotem, vir ipse hæc de causa motus constituit uxori ipsi arrhas excessivas, plusquam forte ei daret si tantam dotem non promississet, tunc si uxor in dotis promissione viro suum sefellit in non implendo dotem promissam, nullo & modo possit ipsa uxor arrhas petere, neque heredes ejus, neq. de eis disponere in vita, neque in morte, secundum Suarez ubi supra, vers. Nota alter, fol. 25. in antiquis, quem refert, & sequitur Baeca de dote, c. 25. n. 18. & unde processerit legis nostræ dispositio, vide per Castill. hic c. 1. per totum.

Ibi, *T no el marido*. Quæ fuerit ejus ratio, vide per Ant. Gom. hic n. 14. & ex hoc corriguntur leges fori juzgo, quæ ab intestato contrarium disponebant ut licet videre per Matienço hic glos. 2. & per alios commentatores.

- 23 Copula precedens sponsalia non facit sponsalia de futuro post secuta transire in de presenti, neque lucrari jocalia antea data.
- 24 Donatio absenti fieri potest mediante nuntio, vel procuratore ubi num 25. an possit sponsa revocare donationem hanc.
- 26 Sponsus si secuta copula carnali, & per eam consummato matrimonio, aliquid donaverit sponsa, non lucrabitur illud sponsa.
- 27 Jocalia si ante consummationem matrimonii tradantur sponsa tempore velationum, an lucrabitur ea sponsa.
- 28 Donata a consanguineis sponsa sum ipsius, nisi aliter se habeat consuetudo.
- 29 Copula quibus conjecturis probari possit eod. n. 28.
- 30 Sponsa an pretiosa vel non pretiosa jocalia lucrabitur, secundum legis nostra tenorem.
- 31 Vestes lugubres an lucrabitur uxor, & ei danda erunt.
- 32 Amplexus in materia nostri text. an idem efficiet quod osculum.
- 33 Mora purgatio non admittitur lapsis 20 diebus constitutis ad eligendum aribus, vel jocalia.

**I**bi, De presente. Ex iis verbis ampliatur & extenditur dispositio text. in l. si ab sponso. C. de donatio. ante nupr. à qua habuit ortum l.5. incipienti, Si el sponso, titulo; De las arras, lib.3. fori, & l.3. tit. 6. par. 4. & l.5. titul. 1. lib. 3. fori juugo, que tantum in sponsa de futuro loquebantur, sicque Doctores tam juris civilis, quam Canonici eas intelligebant procedere tantum in sponsa de futuro; & per text. in l.1. ff. de sponsalib. & linter eos ff. de donatio. inter. vir. & uxor. l. cum his status & ff. quis sponsam. eodem titul. & ex eo quod per verbum, sponsa, tantum illa de futuro intelligebatur, ex leg. 2. & 3. titulo 11. part. 4. hodie tamen ex text. nostro, idem in sponsa de presenti dicendum est ad ampliationem dictarum legum, secundum Castillo hic in principio, & Montalvum in dicta l.5. tit. 2. De las arras, lib.3. fori. & Palac. Rub. in rubr. §.4. num. 1. ubi optime inquit quod ad lucranda ista jocalia, vel arrhas non sufficit traditio ad domum nisi interveniat copule consummatio; & vel osculum ad medietatem eorum lucrandam, & facit pro hoc communis averta per Castillo hic n. 18. vers. sed Joan. Cal. quicquid contrarium & male voluerit glos. 2. l.3. tit. 11. p.4. imò & quod plus est, quod non requiritur ad lucra nostri text. acquirere quod sponsa tradatur ad domum, sed sufficit quod ante traductionem osculum, vel copula interveniat, & secundum Villalobos in Antinomia juris civilis & Regii, verbo, donatio. n. 2.4. & ita tenendum est licet antea traditio requireretur. Item & eodem modo non requireretur animus donandi jocalia hæc in sponso, imò sufficit quod de contrario animo non appareat, & prout fatetur Palac. Rub. in rubrica §. 4. & 6. de don. inter. ubi fatetur quod postquam ibidem dicta circa hoc scripta, & dubitavit an animus donandi in donante requireretur, tandem inquit ad omnia illa dubia sedanda processisse nostram legem, secundum quam semper lucratur sponsa jocalia atento tenore nostre legis quamvis expressè non constet animo donandi dedisse ea; sufficit enim non apparere aliud esse conventum

& in §. 6. querit ipse Palac. Rub. an sumptibus viri sit & sponsa ornanda quod jam hodie sic videmus fieri, si aliud non convenitur, ulterius & ex nostra lege corrigitur communis opinio & text. in l. penultima. ff. de donat. inter. probans non valere donationem factam & sponsa de presenti, prout advertit glos. 2. in dicta l.3. tit. 11. par. 4. & post hæc novissime Matieno in glos. 1.

Ibi, De futuro. Hoc etiam disponebatur antea, ut in glos. præcedente diximus, & per legem nostram extenditur ad sponsam de presenti, & sic erit hæc una ex convenientiis inter sponsalia de futuro & de presenti in jure repertis, quam & aliàs ponit Castillo, hic verbo, de futuro, & & aliqnas differentias etiam annectit, & ultra per eum dicta est & alia differentia, scilicet, quod sponsa de presenti sponsi domicili & forum sequitur, sed sponsa de futuro & verum receptusque est quod non, secundum Oros. in l. cum quadam pella. numero 9. & 12. ff. de jurisd. omni.

Ibi, Suelto el matrimonio. Etiam si dissolvatur per religionis ingressum, ut puta, quia sponsa de presenti non dum cognita à viro osculata tamen ingreditur religionem, & prout potest, secundum text. in c. ex publico de conversio. conjug. Et text. in c. 6. sessio. 24. Concilii Trid. & text. l. 4. & 8. tit. 1. par. 4. & in l. 1. tit. 2. ead. par. Tunc enim si osculata est lucratur medietatem jocaliam, ex text. nostro, ubi notant Cifuentes & Castella n.3. & Pal. Rub. in rubr. §.6. n.3. & Covar. in 4. par. 1. c. 7. §.4. num. 12. fol. 99. & glos. La mitad, d. l. 3. tit. p. 4. & post hæc Matieno hic glos. 2. num. 1. ubi idem dicit est sponsum ante copulam ingrediatur religionem, vel si solvatur matrimonium quia nullum sit propter impedimentum juris, & puta, quia reperti sunt consanguinei in gradu prohibito ipsis ignorantibus impedimentum dum contraxerunt, prout est intelligendus Cifuentes hic, quia si sciebant illud ambo, vel ipsa mulier sola & nihilominus matrimonium contraxerunt, tunc dissoluta matrimonio propter hanc causam nihil lucrabitur hæc sponsa ex jocalibus illis. sive osculata, sive copulata sit, secundum text. in l. 11. juncta l. 12. titul. 9. par. 4. quam ita declarando tenet Castillo hic num. 3. cum culpa ipsiusmet sponsa tunc adit, quo casu secundum dictam legem §. titulo 11. par. 4. perdit dona hæc sicut & perderet si adulterium commisisset, & ex text. l. 15. tit. 18. par. 7. & ex l. fin. tit. De las ganancias, infra isto lib. Imò & matrimonio soluto propter adulterium uxoris honorum interim lucratorum non consequitur ullam partem mulier hæc adultera secundum text. l. 5. tit. 9. infra eod. per Ant. Gom. l. 5. Taur. num. 72. ed quod culpa ipsius mulieris dissolutum est matrimonium, perditque bona, que aliàs propter pactum habere debebat, secundum Pal. Rub. in rubr. §. 37. num. 2. eodemque modo si culpa ipsius sponsæ matrimonium non lucratur donata ab sponso quamvis osculata sit, & secundum text. d. l. 3. tit. 11. par. 4. & text. in l. cum virum C. de donatio. ante nupr. & reogit in propositum Palac. Rub. in rubrica, dicto §. 6. quod & in qualibet donatione est regulare, nam si culpa ipsius cui sit donatio non sequitur

De las Dotes, Arras, y Joyas. L. 4. Taur. 52. 49

tur effectus, non consequitur eam, imò est inefficax, & secundum text. in l. pater severinum ff. de cond. & demonst. & text. in l. 14. tit. 4. part. 6. quos & Socinum ad hoc allegat Tellus in l. 17. Taur. n. 80. & ex illa l. 14. probari potest nostra avertio, nam ibi in donatione facta alicui mulieri ut nubat tali, si noluerit, perdit illam donationem, & facit etiam text. in l. 22. tit. 9. par. 6. quæ quidem lex licet in promissione facta in contractu locum non habeat, prout magis communem testatur Jaf. in l. 1. n. 6. C. de cond. & subst. sub. cond. facti, quia conditio non valet si matrimonium non sequitur, neq; ullus lucratur illud quod promissum erat, si nuberet Berta, tamen fatendum est quod redit ad ipsum promissorem, vel ejus heredes, si ergo redit, & in nostro casu redit ad sponsum donantem, si ipsius sponsæ culpa matrimonium non sequatur, & ita tenendum est, licet in aliquo deviarit Matieno hic glos. 2. numero 2. Neque obstat si dixeris quod in præmium honestatis amisit lucratur jocalia hæc sponsa osculata vel copulata, secundum ordinem nostri text. sed si in præmium hoc lucrum acquiritur, cur debet illud amittere, quamvis matrimonium non sequatur: quia respondeo, quod culpa ipsius hoc efficit, scienti enim & consentienti non fit fraus, neq; dolus, & ipsa se per culpam penæ amissionis subdit, cum sciens contraxerit matrimonium culpam, scientiq; passa fit se osculari, vel copulari, & ideo ipsi imputet. Ex quibus inferri potest, ad distinctionem alterius questionis per Castellum hic n. 4. proposita, scilicet, si sponsa de futuro osculata per sponsum secunda contraxerit sponsalia per verba de presenti, quo casu prima de futuro dissolvuntur per jura vulgaria, num debeat lucrari medietatem jocalium ei donatorum per primum sponsum, & licet Castillo plures in hoc distinguat casus, tu tamen tene quod nisi aliud sit conventum tempore sponsaliorum, vel aliter excusari à culpa possit, nullo modo lucrabitur hoc sponsa illa, cum sit in culpa secunda contrahendo de presenti sponsalia sine consensu & licentia primi sponsi de futuro, & ita colligitur ex Castillo d. n. 4. & melius, num. 5.

Ibi, Besado. Intellige postquam contracta sunt sponsalia non vero si ante, secundum Covar. in 4. part. i. c. 4. §. n. 14. & colligitur ex text. nostro, dum inquit quod donata ab sponso sponsa lucratur, secundum tenorem nostri text. ergo supponit prius sponsalia contraxisse, & tenet Matieno hic glos. 3. num. 1. & 2. sive ante, sive post donationem osculum interveniat, secundum Ant. Gom. hic num. 6. Ex quo infero quod si copula præcedat donationem, interveniat tamen copula ipsa antequam contracta sunt sponsalia, & lucrabitur mulier jocalia hæc, eo quod militat eadem ratio sive ante sive post donationem copula interveniat, scilicet, ratio pudoris amissi, & in præmium ejus sit, ergo idem debet esse jesus, item quia lex nostra casum osculi æquiparat casu copule ad hoc ut mulier lucraretur, licet non in tanta quantitate, cum ergo quoad hoc quod est lucrum, ii duo casus æquiparentur, & in lege nostra quoad osculum sufficit post sponsalia contracta donationem jocalium intervenif-

se, sive osculum præcedat donationem sive sequatur, prout ex lege nostra clarissime probatur, ergo idem est dicendum cum copula intervenit, quia æquiparatorum eadem est ratio & jus, verbaque nostri text. ibi. Ante de consumido el matrimonio, tantummodo apponuntur ad differentandos casum copule, & casum osculi, quoad quantitatem lucrandam, non vero ad hoc quod habeatur respectus præcedat osculum vel copula donationem vel non, quod tamen fuit jam contracta sponsalia, cum osculatur vel copulatur, idque colligitur clare ex verbis. Pero si qualquier de ellos muriere después de consumido el matrimonio. Ecce ergo quomodo est ad differentiam ejus quod disponitur quando moritur ante consummationem, clarissime hoc patet, ex isto versu. nam si post consummationem matrimonii, statim uxor moreretur, sequeretur quod sic ante donata non lucraretur, quia præcesserit copula, quod versiculus hic nullo modo sustineri posset, hoc tamen est falsum, igitur opinio nostra est vera, item lex hæc in resolutione horum dictorum casuum in versu. Pero si arras, inquit, Pero si arras ovriere, que sea en escogimiento de la muger, o de sus herederos, ella muerta tomar las arras, o dexarlas, y tomar do lo que el marido le eho dado, siendo con ella desposado, ponderanda sunt hæc finalia verba ex quo ad resolutionem lucri acquirendi nihil distinguit, esse nec donata ante vel post osculum aut copulam, sed solum considerat quod sint donata post sponsalia, ergo neq; nos distinguere debemus, & sic teneo quod sive osculum, vel copula præcedat vel non donationem jocalium sponsa lucrabitur jocalia secundum ordinem nostri text. cum. Ant. Gom. hic d. n. 6. & Avend. c. 1. §. 1. par. n. 6. in fin. l. 6. §. lli. prim. in practicaque nunquam vidi aliud fieri, neque distingui, & probatur optime ex text. nostro dictis modis considerato, quicquid Matieno, hic cum aliis velit contra tenere & verius & receptius dicat, verius enim esse credo contrarium & sic primam opinionem, quam post hæc mea scripta vidi etiam secutam, & veriorer dicitent Ayoram, in tract. de partitio. 1. p. c. 7. n. 37. & gavilus sum eum videre, nullus tamen eorum nostra considerat fundamenta pro dicta prima opinione, & sic cessat alia questio tacta per ipsum Matieno, in gl. 4. n. 4. imò, ibi idem, quod hic nos, vult si bene consideretur, nam per nuntium si non est ad hoc determinatus, non potest fieri donatio, ergo aut ibi hanc nostram tenet opinionem, aut male loquitur, imò & tenei potest quod si post copulam fiat donatio non lucrabitur illa sponsa quia jam est uxore, est consummatum est matrimonium, ut gl. Anter, infr. eo dicemus.

Ibi, Cant. Etiam si nulla dos ab sponsa ipsa vir ipse donans jocalia hæc & sponsalium largitatem acceperit, & secundum Avond. c. 13. §. 1. par. n. 3. lib. 2. ubi & inquit l. nostram ita procedere in viro, sicut in uxore, lucratur enim vir & quando matrimonium copula confirmatum est, id quod ipsa sponsa recepit, sicut sponsa quod ab eo recepit, dum sponseti fuerit, quod tamen dubium habet, eo quod in sponsa ita decim habemus, per text. nostram, n sponso vero non, & quia non est par ratio

in viro sicut in uxore, mulier deosculata vel copulata etiam ab ipso suo, de honestatem quandam incurrit, virumque alium sicut antea videmus non reperire, si sponsus ille moritur, vir autem nihil perdit, igitur non est idem dicendum in viro sicut in muliere, nisi animus donandi ipsi sponso ex parte sponsæ colligeretur, ut licet videre ex Ant. Gom. *hic. n. 3.* has rationes considerante, & sic contra Avend. tenuit Palac. Rub. in *rub. §. 6.* & Castillo *hic. n. 11.* & tenent omnes secundum Matienço *hic. gl. 4. num. 2.* & probatur *ex l. 3. t. 1. par. 4.* & sic tunc sponsa vel ejus heredibus restituendum est datum sponso ab sponsa, etiam si copula intervenerit, quicquid Castillo *hic. n. 12.* & Ant. Gom. *n. 3.* & Matienço *hic. gl. 4. n. 1.* vellet distinguere in hoc casu osculum a copula & male *ex dictis*, & quia in muliere non datur animus donandi, cum genus mulierum sit avarissimum, & ita tenet Gomez Arias. *l. 50. Tauri, n. 19.* sed si deliberatus animus donandi daretur, & donum esset parvum, tunc utique valeret & sponso relinqueretur, vel si hac esset consuetudo. Ulterius ampliatur, in tantum sponsam lucrari donata ab sponso, non solum si ab ipso ipsa donentur, verum & si ab sponsa si consanguineis & lucrabitur ea, secundum ordinem & dispositionem nostri text. secundum Pal. Rub. in *rub. §. 3. n. 4.* & *in l. 4. 5. n. pen. & Clar. in lib. 3. recep. sent. verbo, do atio. quest. 10. n. 2.* & Roland. Valle *conf. 10. n. 8. cum sequent. aliquibus lib. 1.* & videtur tenere Castillo *hic. n. 8.* & *15.* & sic in donatis a Socero idem erit, ut inquit ipsem Pal. Rub. in *ead. rub. §. 11.* Item & quarto ampliatur conclusio nostri text. ut procedat etiam si sponsa vel sponsus ingrediatur religionem, ut in hac lege remanet dictum. Item, & quinto ampliatur lex nostra ut & in conscientia & sic secura sponsa habe familia lucrando & ejus heredes, secundum Minclacam *de success. creat. 10. l. §. 1. n. 26. ad fi.* Sexto ampliatur, quod si sponsus alienum annullum sponsæ munerit misit, & post nuptias pro annulo ipso suum proprium dedit, 19 valet donatio, quamvis sit facta & constante matrimonio, quia secundus annulus primum representat, habetque tunc locum regula, subrogati, prout in expresse tenet Tiraquellus *de primogenitura, quest. 40. n. 40.* Quibus ampliacionibus sic discussis limitatur primo nostra conclusio, ut non procedat secundum quod in hac lege remanet dictum, si propter culpam ipsius mulieris matrimonium non sequatur quia tunc nihil lucrabitur.

Limitatur & secundo nisi aliud inter sponso sit contractum, puta, si adjecta sit conditio quod in nullo casu talia jocalia, ad donantem revertantur, quia tunc & sponsa lucrabitur si ve osculata aut copulata sit, si ve non, vel sponsus lucrabitur si contrarium pactum sit factum, secundum Pal. Rub. in *rub. §. 3. n. 4.* & *5.* vel quod in omnem casum revertatur ad sponsum renuntiando legi huic. Limitatur & 3, dummodo jocalium donatio non precedat copulam vel osculum sed post sequatur, secundum opinionem aliorum, sed secundum meam & veram, idem erit si ve precedat si ve sequatur, prout in hac late diximus lege. Notandum etiam est quod

licet antea animus donandi jocalia hac probandum erat, ut licet videre ex Claro *lib. 3. recep. sentent. verbo, donatio, quest. 10. in principio*, presumebatur enim commodatum ut ornatum apparet, secundum Bart. & alios relatos per gloss. *l. 3. tit. 11. par. 4.* ex lege & tamen nostra presumitur intervenus osculi, vel copula. Quarto & finaliter limitatur nostra conclusio, nisi talis sponsa post mortem sponsi inhonesti vivat, tunc enim perdit dona hac & sponsalium largitatem, argumento legis *res uxoris C. de donat. ante nup. §. l. 9. tit. 12. lib. 3. fori*, & adductorum per Palac. Rub. in *rubri. §. 67.* & *§. fin.* & Aviles in *proemio, capit. pratorium*, & Anton Gom. *l. 53. Tauri, num. 72.* & eorum que diximus in *l. 3. tit. 1. supra hoc lib.* & que sit quantitas, que ab sponso donari potest in iis jocalibus in *l. 1. hujus tituli* disponitur, scilicet id quod valet & estimari potest octava pars dotis receptæ & promissæ cum sponsa ipsa.

Ibi, *La oviero besado.* Simile disponebatur in *l. 3. tit. 1. par. 4.* & intellige, dum tamen osculum vel copula post sponsalia contracta sequatur, ut in hac diximus lege in *glos. Besado*, ante enim sponsaliorum contractum osculum vel copula detestatur & punitur osculans vel corruptpens virginem penis à jure statusis, secundum Castillo *hic. n. 6.* & *7.* & Covar. *de sponsal. l. 1. parte c. 4. r. fol. 10. n. 14.* precedens enim copula non facit transire sponsalia post facta de futuro & in de presenti, secundum text. *c. veniens 2. de sponsalibus.*

Ibi, *Lo que el esposo le oviero dado.* Sive per se, si ve mediante nuntio vel procuratore ad hoc constituto. Par est enim aliquod fieri per se, vel per nuntium ejus nomine intervenientem, & sic per relationem ad alium, videmus enim quod de jure etiam civilis donatio potest fieri absentem per nuntium & vel procuratorem ad hoc constitutum, secundum text. in *l. qui mihi donatum. ff. de donat. tradit gloss. in l. neque ambigi. C. de donato, communiter approbata secundum gloss. l. 4. tit. 4. par. 5.* per text. *ibi, & l. 3. tit. 11. par. 5.* de quo latius dicemus in *l. 1. tit. De los contratos y obligaciones, infra isto lib.* & cum in hac nostra lege per sponsum donatio jocalium fiat, meritoque valet si ve vel alium ejus nomine fiat, prout tenet Castillo *hic. num. 14.* per text. in *l. si si ofus in principio ff. de donatio. inter vir & uxor.* Et an possit sponso revocare donationem hanc, tangit idem Castillo *hic. dicto numero 14.* ubi inquit quod sic, & quod per pignorationem specialem, non vero generalem revocetur, quod verum intelligo re existente integra, & sic antequam traditio intercedat vel acceptatio donationis, si per scripturam fiat, & osculum, vel copula intercedat.

Ibi, *Ante de consumido el matrimonio.* Et sic ante copula interventum, nam cum per copulam matrimonium consummetur, solum quando sponso de presenti, verum etiam de futuro ante Concilium Tridentinum, carnaliter cognovit sponsam suam, secundum text. in *c. is quidem de sponsali, §. c. de illis, §. c. per tuas, & ibi Doctores de conditio. app. tuncque verbo & opere consummatum dicitur, secundum text. in *l. 4. in principio, titulo 1. par. 4.* necessario fatendum est text. hunc loqui cum nondum copula*

copula carnalis intervenit, probatque melior *l. 4. & 5. tit. 10. p. 4.* que jura & alia allegat Castillo *hic. num. 17.* sic nostrum text. intelligens & plura ex hoc inferi, & presertim illud, scilicet, quod si sponsus contractis sponsalibus & fecata copula carnalis aliqua donavit sponsa, non efficiatur ipsius sponsæ, & suorum heredum, & quia jam non sunt acquisitionis, cum matrimonium inter eos copula carnali consummatum sit, & sic cessare videtur legis nostre dispositio, eandemque opinionem tenet gloss. *l. 3. tit. 11. par. 4.* & vide gloss. *l. 23. eod. tit. C. de part.* facitque pro hoc text. in *l. quod sponsa C. de donat. ante nup.* & de jure verius videtur, licet vulgus ignorans multoties copula consummatæ admiserit indistinctè & practica admiserit, lucrari sponsam jocalia donata post copula consummationem, ut asserunt Avend. *c. 1. 5. prat. numero 5. lib. 1.* quem sequitur noster Gutierrez in *allegacione 11. numero 7.* & probatur ex text. nostro repente his verba illa, *Ganen todo lo que seyendo desposado le ovo el esposo dado, & ibi, todo lo que el marido le ovo dado, siendo con ella desposado*, & sic nulla facta distinctione procedat copula donationem, aut non precedat, sed sequatur post eam, nec obstant verba hæc, *Antes de consumido el matrimonio*, quia intelliguntur per relationem & traductionem ad donum quoad osculum, licet quoad secundum casum in vers. *Pero si, verba illa ibi posita, Despues de consumado el matrimonio*, per copulam sufficit in hoc casu consumi, & hoc patet, quia in primo casu de osculo, differentia constituitur ad casu copula sequente, ergo ut differat in casu primo osculi, verba hæc, *Antes de consumido*, per relationem & traductionem debet intelligi Quod tamen, si ante consummationem matrimonii per copulam, tempore velacionum jocalia hæc tradantur sponsæ, num si post osculum vel copula interveniat & lucrabitur hæc sponsa, secundum ordinem nostri text. & in hoc Ant. Gom. *hic. num. 5.* quem refert & sequitur Gutierrez *ibi supra numero 7.* tenet quod idem sit, sicut in donatis ante tempus donationis, & allegat Avendañam in *dicto c. 1. 5. prat. numero 5. lib. 1.* & novissime post hæc tenet Matienço *hic. glos. 6.* reprobatque ipse Gutierrez, Gregor. Lupum, *in l. 23. tit. 11. par. 4.* contra tenentem & meo videri reprobat in iuste veram enim reputo opinionem Gregorii, & rationibus adductis per Ant. Gom. *dicto n. 5. in princ.* Item, & quia de proximo velanda non velata habetur & copulata illa, que de proximo est copulanda, secundum Castillo *hic. num. 18.* & late per Jaf. in *lectione, & in repetitione, admonendi. ff. de jure juran.* ubi late persequitur, quomodo de proximo accingendus habetur pro accincto, item quis dubitat, nisi quod vestimenta & ornamenta tempore velacionum per sponsum sponsæ tradita tempore velacionum per sponsum sponsæ tradita non tradenda neque danda fore, si tempus velacionis non existeret de presenti & prae manibus, matrimoniumque tunc & traductio ad domum essent consummanda, & sic non animo donandi data fuisse, sed ut ornatum tempore velacionum apparet, & sic cum Gregorio

*Arcedo in Reopulationem. Tom. III.*

Lupo, & ante eum tenuit, Palac. Rub. in *rub. §. 11. num. 2.* ubi dicit quotidie sententari, quod ea que traduntur uxori ut ornatum appareat, & sic pretiosa, puta, cum traduntur tempore velacionis, non lucrari ab uxore, sed ab heredibus viri quamvis copula post interveniar, idemque voluit ipsem Avend. *c. 10. prat. num. 13. lib. 2.* de quo late per Roland. Valle *conf. 10. num. 12. cum sequentibus aliquibus lib. 1.* licet non ignorem ipsimet Palac. Rub. in *ead. rub. §. 6. num. 3.* tenere propter hæc dubia sedanda legem nostram processisse, ut scilicet, etiam donata tempore velacionum securis post osculo vel copula, esse ipsius uxoris & suorum heredum, sed in *dicto §. 11.* ut videt contra tenet, & sic secundam opinionem Gregorii, quam credo veriore, fundatque ex communi illa asserta per Bald. relatum per Castillo *hic. num. 15.* scilicet, quod donata de consanguineis sponsæ sunt ipsius sponsæ nisi consuetudo se aliter habeat, quia illa est omnino servanda. Neque obstat dicte nostre opinioni lex nostra, quia non procedit lex nostra ubi contra animas donandi deficit. Sed an ex conjecturis & quibus possit copula probari, vide in simili per Dec. *conf. 577. per totum.*

Ibi, *Preciosa, o no.* Notanda sunt verba hæc, nihil enim excludunt, & sic pretiosa & non pretiosa & venit, & in iis comprehenditur & sponsa lucrabitur ea, secundum legis nostre tenorem, ut hic tenet Anton. Gom. *hic. num. 4.* & Castillo *hic. num. 21.* & Palac. Rub. in *rub. §. 6. num. penult.* ubi fatetur legem nostram processisse ad dubia sedanda, que in hoc aderant de jure, & tenet etiam Montalvus relatus per Cifuent. *hic. & Villalobos in antinomia juris civilis & Regii, verbo, donatio, num. 25.* & Doctor Spino, in suo *Speculo testamen. glos. 18. princ. n. 115.* & hanc post hæc novissime tenet Matienço, *hic. glos. 5. num. 2.* ubi inquit alios omnes hic eam tenere, ita quod miretur Gregorium Lupum virum alioqui doctum contrarium tenere, imo quod pretiosa non lucratur sponsa, sed illa tantum que pretiosa non sunt, & hanc tenet Gregor. Lup. in *l. 33. tit. 11. par. 4. in fin.* & Cifuent. *hic.* & Palac. Rub. *dict. §. 11.* & Mattheus Afflig. & ejus Addit. in *decisione 315.* & late Vitalis de Cambanis in *tract. clausularum pag. 950. in parvis num. 11. cum pluribus & glos. Pañor, l. 23. tit. 11. par. 4.* & tenent Abb. & alii relati, per Sylvam nuptialem, *verbo, divitiis non est nubendum, num. 62.* & hanc dicit veritatem Angel. *consil. 134.* ubi retulit tres opiniones, & hanc distinctionem, sunt pretiosa vel non jocalia hæc communem & lege partitarum approbatam testatur Villalobos, in *erario milit. commun. opin. litera F. num. 47. & 48.* & secundum eam debet lex nostra declarari, & secundum hanc declarationem in audientis declarari & determinari testatur, Palac. Rub. *dicto §. 11. num. 2. in fin.* & practice & consilii pluries, & per alios vidi consultum & ultra alios tenet & fundat optime licet brevissime, Pet. Anch. *conf. 181. in practico dubio parum*, hæc enim pretiosa ornatus causa non vero donationis dantur secundum predictos & relatos per Jul. Clar. *lib. 3. recep. sent. verbo donatio, quest. 10. verso successore*, ubi hanc communem testatur;

tatur, & Menochius de arbit. judi. lib. 2. centuria. 3. casu. 218. tandem distinguit inter hæc optime Clarus ubi supra, ultra quem ego dico, quod si secundum conditionis statum mulier hæc in publicum sine dedecore exire non potest sine iis, etiam si pretiosa sint, lucratur ea, secundum dispositionem nostri text. etiam si quotidiana non sint, si vero mulier hæc sine dedecore, sine iis exire potest diebus etiam festivis, si pretiosa sint non lucratur ea, secundum Montalvum, l. 6. tit. 7. lib. for. glos. 2. colum. 2. ad finem, nam priori casu in effectu dici pretiosa non possunt, secundo vero sic qualitatibus mulierum attentis, & hoc est quod dicunt Doctores in arbitrio judicum consistere quæ dicantur pretiosa vel non, secundum Alex. l. si usufructus, §. dos, ff. ad leg. ful. & Imolam & relatos per Menoc. ubi supra, & Montal. ubi supra, & Matienço hic glos. 5. num. fin. Sed an & vestes lugubres lucrabitur uxor & ei danda sunt, tradit Palac. Rube. quod sic in rub. §. 11. num. 8. & Avend. c. 10. pre. mun. 13. lib. 2. & Afflict. decisione 315, & Covar. in 4. part. 2. c. 3. §. 9. num. fin. ubi hoc etiam ad pretiosas vestes lugubres extendit, ego tamen teneo quod sunt prestanda attendente qualitate personarum & bonorum mariti, & consuetudine regionis cum Angelo in §. fuerat, num. 41. instr. de ult. & eodem Angelo & Imola in l. si is quis quadringenta. §. fin. ff. ad l. Falcid. non enim dantur vestes hæc lugubres ut ornatiores viduæ appareant, sed ut viduitatem & mortem mariti representent, est tamen verum quod si vidua hæc secundas nubat nuptias, tenetur has vestes lugubres restituere, secundum Covar. ubi supra & Avend. d. num. 13. & in tit. 6. l. 13. infra eod. repeto.

Ibi, Sino la ovire besado. Quid tamen si amplexatus est eam licet non f. oculus, & Castil. l. bis inquit num. 22. super iis verbis, & bene, non esse tunc locum dispositioni nostræ l.

Ibi, Despues de consumido. Quod quando dicitur supra, hac lege, in glos. Antes de consumi-

do, diximus, neque per traductionem ad domum censetur consummatum f. ut dispositioni nostræ legis locus sit, nisi velati sint, ut in glos. 1. istius legis retulimus, & in glos. Anted.

Ibi, Todo. dum tamen non excedat octavam partem dotis receptæ secundum text. in l. 1. in fin. supra hoc tit. secundum quem lex nostra declaratur, ut ibidem dixi, non vero corrigitur neque abrogatur lex illa per nostram, ut inadverteat dicit Castillo hic, n. 21.

Ibi, Seyendo desposados. Hic videtur text. esse contra id quod dixi supra hac lege, scilicet, quod si tempore velationis aliquid datur sponsa, non lucrabitur illud sponsa illa, nam videtur hic esse text. contra hoc, & sic quod lucratur, eo quod tunc temporis desponsati sunt, nisi dicamus ut ibi diximus, quod cum tunc velandi sint statimque matrimonium consummandum, habentur pro velatis, vel melius eo quod donata tunc dantur, ut ornatio appareat, non vero, ut sua sint, & sic non lucratur ea, quia lex nostra animum donandi considerat, non vero tempus, & ubi de contrario animo apparet lex nostra non procedit.

Ibi, Pero si arrar. Verba hæc limitatoria sunt præcedentium scilicet, ut tunc demum jocalia lucratur si arthe in matrimonio non intervenierint, vel, si intervenierint, mulier ipsa vel ejus hæredes arrhas non petierint intra viginti dies, vel respuerint eas adeo ut lapsis illis 20. diebus purgatio more f. non admitteatur, secundum Pelas de majoratibus 1. part. questione 48. n. 7. in principio.

Ibi, Despues de requeridos. Hoc est enim regulare ut tempus non currat nisi requisitis & in mora à parte constitutis, argumento dictionum per me in l. fin. tit. De las sentencias, supra, lib. precedente, maxime si ex eorum mora & negligentia alteri est jus querendum ut hic.

Ibi, Que los dichos herederos. Sponsi donantis jocalia hæc intellige, vel ipse sponsus si vivit, & hæc pro hac lege & toto titulo.

## TITULUS TERTIUS

De las mugeres casadas, y solteras, y quando pueden estar en juyzio, y obligarse con licentia de sus maridos, o sin ella.

**Q**UIA Titulo supra proximo dictum est de dotibus, arrhis, & jocalibus sponsis tradendis, à maritis & sponsis suis, nunc & consequenter titulus hic sequitur disponens qualiter mulieres ipse possint contractus facere de licentia maritorum, vel sine ea, vel adesse in judicio.

IN LEGEM PRIMAM.  
Tauri 54.

Mulier conjugata sine licentia mariti hereditatem sibi obvencientem ex testamento, vel ab intestato

repudiare non potest, adire vero poterit cum beneficio inventarii tantum, & sicut lex nostra habet duas partes, primam in principio legis, secundam ibi, Pero, ita habet duo dicta, primum de repudiatione, secundum de additione.

SUMMA

## De las Mugeres Casadas, Ley. I. Tauri 54. 53

### SUMMARIUM.

- 1 Verbum, potest, precedente negatione importat necessitatem. & actus in contrarium factus nullus est momenti, & potest ex officio iudicis repelli. num. 2. & 3. imo & impossibilis redditur actus, ut num. 4. nisi, ut ibid. Rationem dubitanti & decidendi ad l. nostram, sub num. 4.
- 2 Jus querendum renuntiari potest. & sic mulier constante matrimonio potest lucris renuntiare. 6.
- 3 Uxor si moriatur antequam licentia mariti utatur ad aliquem alium, an transit in heredem ejus. & num. 8. quid erit si suo nomine dignitatis, ut uxori mea comiti concedatur.
- 4 Mulier si sine licentia viri repudiaverit, an restituetur contra repudiationem.
- 5 Repudiatio hereditatis an per lapsum 30. annorum censetur inducitur.
- 6 Personas alias, que sine aliorum licentia repudiare non possunt, revisit.
- 7 Mulier an possit adire hereditatem sine consensu consanguineorum, stante statuto, quod sine eorum consensu contrahere non possit.
- 8 Mulier an sine licentia mariti possit contractus utiles facere. & n. 14. declaratur.
- 9 Mulier an sine licentia secundi viri possit acceptare lucra prioris matrimonii.
- 10 Hereditas quot modis adeatur, & an possit mulier sine licentia mariti petere se mariti in possessionem bonorum. & 17.
- 11 Mulier si adirit cum beneficio inventarii sine licentia mariti, non tamen fecit inventarium intra terminum juris, an prejudicabit marito, ubi num. 19. reprobat Matienço.
- 12 Mulier vidua, & quilibet alia soluta à potestate mariti, si adit hereditatem sine beneficio inventarii tenetur.

Ibi, No pueda. Necessitatem importat verba hæc, verbum enim, potest, precedente negatione appositum hanc habet f. naturam, ut necessitatem inducat; secundum glos. & Doctores, ibi, in regula beneficium de reg. jur. in 6. quam & allegat ad hoc Hippol. in pract. §. sequitur num. 15. & Corlesus sing. 219. verbo, potest, Tiraquel. in leg. connubialibus glos. 2. num. 8. cum pluribus sequenti. & latus glos. 4. num. 1. ubi num. 2. hoc ad similem legem nostræ applicat, ita ut nullus sit secundum eam, ipso jure contractus in contrarium celebratus, & de vera interpretatione hujus verbi, tradit Covar. in c. quamvis pactum 2. part. §. 4. num. 4. & 10. communiter approbatam dicit glos. illam Parisius consil. 58. num. 35. vol. 4. & Covar. in c. tua nobis, num. 2. in fin. de testam. ubi ex d. glos. dicit etiam actum in contrarium factum f. nullius esse momenti, & Minchæa relatus per concivem nostrum Gutier. in tract. de juram. confir. 1. part. c. 1. n. 35. & 36. inquit quod iudex ex officio, potest repellere nulliter agentem f. & num. 38. hoc fortificat, præsertim in materia legis nostræ ubi præjudicatur tertio, & sic marito de quibus per Bar. Jas. num. 17. & Doctores alios in l. Gallius. in principio, ff. de lib. & posth. & Rebus. in concordat. Reg. fran. tit. de Regia ad prelat. nom. Acevedo in Recopilationem Tom. III.

faci. in glos. non possunt, pag. 88. in mediocri impressione, ubi inquit etiam quod reddi actum impossibilem dictio, potest, precedente negatione, neque legi sic loquenti renuntiare potest: quam tamen illius glosæ conclusionem intelligo, nisi absonus intellectus resularet, quia tunc non importaret nullitatem secundum Abb. in c. quanto, num. 1. de præsumpt. item & secundo intelligitur dicta glosæ conclusio, quoties simpliciter apponitur dicta dictio, potest, cum negatione, ut hic, secus vero si lex præmittens negativam verbo, potest, ultra providendo procedat, quoniam ex hoc quod ultra procedit providendo, declarat lex, quod non vult actum omnino esse impossibilem, secundum Jas. in l. stipulatio ista. §. alteri, num. 17. fol. 65. ff. de verb. oblig. & de verbo, potest, vide Bar. in l. 1. num. 4. C. de dilat. & in l. fin. num. 7. ff. de fereis, habetque illa lex rationem dubitandi ex l. 47. & 48. Tauri qua quidem apponitur sub tit. 1. hujus tit. dum ibi disponitur filium vel filiam nuptos & velatos patris exire potestatem, ita quod tunc nulla patris licentia requirebatur: nec consensus ad eundem, vel repudiationem hereditatem ipsius filii delatam, cessabat que tunc dispositio & materia l. cum non solum C. de bonis que lib. cumque mulier hæc nupta & velata patris exeat potestatem, videbatur dicendum libere posse repudiare, vel adire hereditatem ei delatam, cum à patris exierit potestate, verum cum in alterius, scilicet, mariti per matrimonium transeat, & ei subdita sit, juxta illud Genesis c. 3. post comestione fructus ligni vetiti, mulier dixit Deus, (multiplicabo arummas tuas & conceptus tuos in dolore partus filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui) & text. est quod hæc verba declarari possunt in c. manifestum in c. est ordo, & in c. cum caput. 33. quest. 5. ubi inquit text. (cum caput mulieris sit vir, caput autem viri Christus, quæcunque uxor non subicitur viro, hoc est capiti suo, ejusdem criminis rea est, cuius & vir si non subicitur capiti suo hoc est Christo) & subjungitur) & sic ea mulier, que Christiana est & ex lege Dei subiecta viro, imperate desiderat, verbum Domini blasphematur, cum etiam gentiles femine viris suis serviant communi lege nature, (si ergo in viri potestatem uxor transit, ut per Tiraquel, luce de iis agentem in l. 1. connubiali, num. 1. cum sequatur, pluribus. & Rebus. in l. mulieris, vers. mulierem constituit subiectam ff. de verb. sig. pag. 112. nimirum quod adire, vel repudiare non possit hereditatem sine licentia mariti, verum quia hæc auctoritas Genesis ex dictis capitulis declaratur in alio proposito uxorem transire in viri potestatem, quam in nostrum, ut apparet ex Joan. Montolio in suo promptuario juris, in verbo dolor, in glos. sub viri, ubi ipse ita tenet, & inquit ex l. velles, in fin. C. de revocand. donat. non revocari donationem factam ab uxore prætextu absentie mariti & filiorum: melior ratio decidendi est ad text. nostrum, scilicet quod quia talis repudiatio vel aditio redundat in prejudicium mariti si absque ejus licentia fiat, eo quod ipse tenetur uxorem alimentare, & bonorum ejus reddere rationem & administrator est eorum, ideo lex nostra disposuit ut absque ejus licentia

G iij mulier